2009

praesentibus, illum primum Terminum peremptorium, uti et alios omnes exinde subsequentes, Causae eiusdem Terminos super peremptorios, uera infirmitate pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra uel extra Regnum seruitio, militari ad munimenta, ad euictorem, uel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra primos et proximos Officij praefati Castrensis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo et praemissa omnia quibusuis singulis uel triplicatis euasionibus, suspensionibus, fatalijs Diensis prorogatione Termini bello, conuentione ac alijs omnibus uiis medijs et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquouis euadendo hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vruski Manasterskiego Quietat.

269

Comparens personaliter coram Officio et actis praesentibus, Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Nobilis Joannes Vruski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesentique uero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobilem Hrehorium Manasterski Nobilis Nicolai Manasterski Stephanowicz filium eiusque posteros de Causa et actione Iudiciaria per se Recognitem eiusdem Nobili Hrehorio Manasterski et alijs illius Consuccessoribus in processu Causae specificatis primo ad Iudicium Terrestre Premysliense ratione

nominis actionis

non solutionis Summae ducentorum quinquaginta floren Polon sibi Recognti vigore Iurium suorum debitae et lecitime provenientis institutae et intentatae, ac eand ad Iudicium Tribunalis Regni Lublinen devo lutae, nec non de processibus quibusvis, ea in Causa peractis, et in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis ipsaque Summa suprascripta, ducentorum Quinquaginta floren Polon pro sorte et interesse suo inter alios consuccessores tantummodo, ad se Recognentem spectante, atque Inscriptione quavis super eand Summam suprascriptam se se ex tendente, item de poenis quibusvis Banitionum earumque aggravatio nibus decretisque quibusvis ea in Causa latis quietat emittit et liberum perpetuo pronunciat, Processus quosvis Iudiciarios Causae et actionis eand Iudiciariae poenasque quasvis Banition earumque aggravation Decretaque generaliter omnia, tantum pro sorte et interesse eiusd Nlis Hrehory Stanasierski tantummodo spectat cassat sibi Recognti cum suis posteris ob perceptam in praemissis plenariam Satisfactionem, perpetuo imponendo silen tium Salva nihilominus cum ceteris Consuccessoribus illius in processu Causae specificatis quo ad eand Causam et Actionem Iudiciariam, legitime spectante item poena Banitionis totoque pro cessu, sibi Recognti pleno in robore reservatis

Tyrawski Dunikowskiemu cedit.